



Per.  
Lat  
020

Moderator ephemeridis compluribus sociis adiuvantibus STEPHANUS SZÉKELY DR. *Budapestini, Üllői-út 71., ad quem epistolae et manuscripta mittantur.*

Administrator ephemeridis ADALBERTUS DANCZER *Budapestini, VIII., József-körút 48., ad quem pecuniae quaecunq; dirigantur.* □ □ □ □

Prodit Budapestini Calendis et Idibus cuiusque mensis, excepto Iulio et Augusto. — Pretium annuae subscriptionis: 4 coronae, semestris 2 coronae, extra Hungariam annuae 5 coronae. □ □ □

## Chavez.\*

Miraculum<sup>1</sup> ad verum perducitur;<sup>2</sup> somnium hesternum verum fit: homo Alpes transvolat. Audax gens humana ruit<sup>3</sup> per vetita<sup>4</sup> et animo forti impedimenta<sup>5</sup> ultima sublata<sup>6</sup> sunt. Chavez, ut deus fabulosus<sup>7</sup> e nubibus in terram Italicam delapsus est.

Saltus Poeninus<sup>8</sup> in longitudinem 41 chiliometra patet inter Brigam et Oselam,<sup>9</sup> quam viam aetheriam aëronauta ille intrepidus,<sup>10</sup> duobus millibus metrorum altius volans, peregit et iam-iam Oselae rite<sup>11</sup> descensus erat, cum viribus deficientibus machinae regendae non potens<sup>12</sup> de altitudine 20 metrorum praecipitatus<sup>13</sup> elidebatur.<sup>14</sup>

Processus<sup>15</sup> humani generis ad altiora<sup>15</sup> omnibus temporibus plurimo labore, saepe plurimo sanguine stetit.<sup>16</sup> Nil mortalibus gratis<sup>17</sup> datum. Quantum sanguinis effluxit, ut fide Christiana omnium animi imbuerentur!<sup>18</sup> Quot homines generosi subierunt mortem pro libertate! Unus annus millesimus octingentesimus quadragesimus octavus plurimorum nobilium virorum vitam, libertatem, opes abstulit!...<sup>19</sup>



8 Simplon-szoros <sup>9</sup> Domodossola <sup>10</sup> rettenthetetlen  
11 rendszeren <sup>12</sup> képes <sup>13</sup> praecipitatur lebukik <sup>14</sup> össze-  
zúz <sup>15</sup> haladás <sup>16</sup> kerül <sup>17</sup> ingyen <sup>18</sup> megtölt <sup>19</sup> követel


\* Olv.: Savé <sup>1</sup> csuda <sup>2</sup> valóra válik <sup>3</sup> rohan  
<sup>4</sup> tilos <sup>5</sup> akadály <sup>6</sup> tollit megszűntet <sup>7</sup> mesebeli

Inter eos, qui genus humanum in omne tempus sibi obstrinxerunt,<sup>20</sup> semper appellabitur nomen Chavez, qui suo exemplo quamquam morte tristissima, nos docuit verum esse illud Horatii: Nil mortalibus ardui<sup>21</sup> est.

<sup>20</sup> lekötelez <sup>21</sup> nehéz.

### De Pompeis. III.

Primo aspectu<sup>1</sup> aequalitas<sup>2</sup> domorum notabilis<sup>3</sup> est; una domus — remotā<sup>4</sup> magnitudine incolarumque pristinorum divitiis —



eodem tempore aedificata et eadem arte exornata esse videtur, qua altera.


Angustiae<sup>5</sup> viarum maxime differunt<sup>6</sup> a latis viis urbium nostrarum. Latissimae viae Pompeianae vix septem metra exaequant;<sup>7</sup> nonnullae etiam 2—3 metrorum sunt. Quae angustiae aedificiorum ad aestum<sup>8</sup> solis arcendum<sup>9</sup> factae esse videntur. Pars angustiarum marginibus<sup>10</sup> occupatur, quibus viae a dextra et sinistra cinguntur.<sup>11</sup> Agger<sup>12</sup> saxis, saepissime multangulis<sup>13</sup> stratus<sup>14</sup> est.

Domus Pompeianae, plano pede<sup>15</sup> certe,<sup>16</sup> fenestris carent, itaque murum exteriorem habent, qui non intermissus,<sup>17</sup> sed planus, pueris petulantibus<sup>18</sup> incultisque hominibus satis loci ad illinendum<sup>19</sup> praeberit.


Quae inscriptiones partim colore rubro, penicillo,<sup>20</sup> partim clavo praeacuto<sup>21</sup> fiebant.

His monumentis<sup>22</sup> continentur nuntiationes<sup>23</sup> de vita privata, de electionibus,<sup>24</sup> de ludis publicis, aliis: «Grex<sup>25</sup> gladiatorum prohibet,<sup>26</sup> omnes fortissimi pugiles,<sup>27</sup> qui iam toties vincebant; contra solis ardorem<sup>8</sup> velum<sup>28</sup> erit.»

<sup>1</sup> tekintet <sup>2</sup> egyformaság <sup>3</sup> feltűnő <sup>4</sup> leszámítva  
<sup>5</sup> szűk volta <sup>6</sup> különbözik <sup>7</sup> elér <sup>8</sup> hő <sup>9</sup> elhárít  
<sup>10</sup> széle, «járda» <sup>11</sup> szegélyez <sup>12</sup> kocsiút <sup>13</sup> sokszögű  
<sup>14</sup> sternit, stravit borít <sup>15</sup> földszint <sup>16</sup> legalább  
<sup>17</sup> tagolt <sup>18</sup> pajkos <sup>19</sup> befirkál <sup>20</sup> ecset <sup>21</sup> éles szög  
<sup>22</sup> emlék <sup>23</sup> hirdetés <sup>24</sup> választás <sup>25</sup> csapat <sup>26</sup> föllép  
<sup>27</sup> bajvívó <sup>28</sup> ponyva



Maximus terror — minima causa.



Illis dulcissimis ac iucundissimis temporibus, quibus nullae scholae<sup>1</sup> habentur et quibus plurimi discipulorum ludis delectationibusque se dedunt, ubi sol iam

occidit, cum amico meo in silvam ambulavi.

Ego tum puer decem annorum et non solum timidus, sed etiam ignavus<sup>2</sup> fui; meus amicus aliquot annis maior, idemque robustior fortiorque fuit me.

Inter sermones nostros fallebatur<sup>3</sup> tempus et iam tenebris obortis domum ituri eramus, cum repente inter arbores strepitus<sup>4</sup> audiebatur. Gelidus<sup>5</sup> tremor<sup>6</sup> mihi per ossa cucurrit et iam ultimam horam mihi adesse ratus sum. Tum amicus meus repente lapidem cepit, quo latronem vel alium inimicum latentem propulsaret.<sup>7</sup> Interea tremens et tacitus eius manum predebam, quia praetimore nullam vocem exprimere potui.


Meus amicus lapidem libravit<sup>8</sup> et... capra flebiliter mutiens<sup>9</sup> tergum vertit, aufugit; ego autem, cum me a metu recepissem<sup>10</sup>, risu exsultavi et iuravi nunquam me timidum futurum esse, quod usque ad hunc diem servavi.

Graz.

F. Trubrig.

<sup>1</sup> tanítás <sup>2</sup> gyáva <sup>3</sup> csal, «eltölt» <sup>4</sup> zaj  
<sup>5</sup> hideg <sup>6</sup> reszketés, rázás <sup>7</sup> megszalaszt <sup>8</sup> meg-  
lódít <sup>9</sup> mekeg <sup>10</sup> összeszed.


Reperitur, ut in hoc elogio<sup>29</sup> videmus, etiam laus indocti parasiti,<sup>30</sup> qui Eudoxo



cuidam gratias agit, quod amicos suos «supstinet» (pro: «sustinet»<sup>31</sup>). Ad verbum<sup>32</sup> descriptum ita legendum est:

Semper M. Terentius Eudoxus is unus supstinet amicos et tenet et tutat,<sup>33</sup> supstinet omnemodum.


<sup>29</sup> dicséret <sup>30</sup> élődsi <sup>31</sup> kitart <sup>32</sup> szószerint <sup>33</sup> véd.



## LECTARIUS MINIMIS.

### Reditus Ulyssis. II.

Ubi<sup>1</sup> Polyphemus Ulysses et comites eius conspexit: Heus<sup>2</sup> — inquit — estisne mercatores,<sup>3</sup> an piratae?<sup>4</sup> Omnes terribili<sup>5</sup> voce gigantis territi sunt,<sup>6</sup> tamen Ulysses respondit: Sumus Graeci, qui a nostro itinere huc<sup>7</sup> delati<sup>8</sup> sumus. Itaque te rogamus, ut nos hospitaliter<sup>9</sup> excipias, ut mos est Graecorum. Si hoc feceris, gratissimi erga<sup>10</sup> te



erimus; sin<sup>11</sup> nos laeseris,<sup>12</sup> Iuppiter, defensor<sup>13</sup> hospitum,<sup>14</sup> te puniet. Ita locutus est Ulysses.

Sed Polyphemus risit et dixit: Iovem non timeo et Graecos mores nolo imitari.<sup>15</sup> Hoc dicens duos comitesprehendit<sup>16</sup> eosque tanta vi ad parietem<sup>17</sup> iecit, ut cerebrum<sup>18</sup> e capitibus

in terram fueret. Deinde eos dilaniavit<sup>19</sup> et cupidissime devoravit.

In eadem coena multum lactis<sup>20</sup> bibit. Denique postquam coenavit, decumbens<sup>21</sup> obdormivit.<sup>22</sup>

### Verba publica.<sup>23</sup>

Ab ovo usque ad mala.<sup>24</sup> — Adversae res<sup>25</sup> admonent religionem. — Alea<sup>26</sup> est iacta. — Amicus certus in re incerta cernitur.<sup>27</sup> — Ars longa, vita brevis. — Audiatur et altera pars. — Aurea mediocritas.<sup>28</sup> — Aut Caesar, aut nihil. — Aurora Musis amica.<sup>29</sup> — Beatus ille, qui procul<sup>30</sup> negotiis,<sup>31</sup> paterna rura bobus exercet<sup>32</sup> suis. — Bis dat, qui cito<sup>33</sup> dat. — Buda fuit! Non est, gemebundus<sup>34</sup> vade<sup>35</sup> viator. — Canes timidi vehementius latrant.<sup>36</sup> — Canis a non canendo.<sup>37</sup> — Canabit vacuus<sup>38</sup> coram<sup>39</sup> latrone viator.

<sup>1</sup> amint <sup>2</sup> hej <sup>3</sup> kereskedő <sup>4</sup> tengeri rabló <sup>5</sup> ijesztő  
<sup>6</sup> rettent <sup>7</sup> ide <sup>8</sup> sodródik <sup>9</sup> vendégszeretőleg <sup>10</sup> iránt  
<sup>11</sup> de ha <sup>12</sup> laedit sért <sup>13</sup> védő <sup>14</sup> vendég, idegen  
<sup>15</sup> utánoz <sup>16</sup> megfog <sup>17</sup> paries (-t) fal <sup>18</sup> agyvelő  
<sup>19</sup> széttép <sup>20</sup> sok tejet <sup>21</sup> lefekszik <sup>22</sup> elalszik  
<sup>23</sup> szállóigék <sup>24</sup> tojástól almáig = elejétől végig, mert a rómaiak tojással kezdték, almával végezték az étkezést <sup>25</sup> szerencsétlenség <sup>26</sup> kocka <sup>27</sup> lát, fölismer  
<sup>28</sup> középszerű <sup>29</sup> t. i. est <sup>30</sup> távol <sup>31</sup> közügy <sup>32</sup> művel  
<sup>33</sup> gyorsan <sup>34</sup> sóhajtvá <sup>35</sup> megy <sup>36</sup> ugat <sup>37</sup> tréfás mondás, mintha canis-nak azért hívnák a kutyát, mert non canit = nem énekel <sup>38</sup> üres, szegény <sup>39</sup> előtt.



## LUDI GYMNICI

Magdeburgi certamen natandi positum<sup>1</sup> est, ubi in natatione octingentorum metrorum Zachar victoriam reportavit ex Britanno, nomine Battersby.


Circulus<sup>2</sup> Athletarum Universitatis Budapestinensis postr. Cal. Oct. certamen athleticum in palaestra<sup>3</sup> sua paravit, qua occasione Somody Stephanus dr. altitudinem 188 centimetrorum commode<sup>4</sup> transiluit,

<sup>1</sup> rendez <sup>2</sup> kör (Athletikai Club) <sup>3</sup> pálya <sup>4</sup> könnyen

Guilielmus Rác<sup>5</sup> 33 punctis<sup>5</sup> percurrit 300 yarda. In cursu dimidii milliarii<sup>6</sup> Britannici duobus sexagesimis<sup>7</sup> et  $4\frac{1}{5}$  punctis victoriam consecutus est *Lightbody* Americanus, qui nomine Circuli Gymnici Berolinensis de praemio concertavit.<sup>8</sup>

**Circulus Gymnicus**<sup>9</sup> «Törekvés» certamen bicyclum centum chiliometrorum paravit, in quo primus erat *C. Gröger* (3<sup>h</sup> 26<sup>s</sup> 17<sup>p</sup>); inter Croatos<sup>10</sup> sextus erat *M. Meniga*.

<sup>5</sup> másodperc <sup>6</sup> angol mérföld <sup>7</sup> perc <sup>8</sup> versenyez  
<sup>9</sup> sportegyesület <sup>10</sup> horvát.



## OBLECTAMENTA

### Divinatio<sup>1</sup> mirabilis.

Paulus complures amicos ad se invitavit, ubi pueri variis rebus se delectant. Denique Paulus affirmat hospitibus suis, Carolum vatem<sup>2</sup> esse, qui oculis alligatis<sup>3</sup> omnia indicaturus<sup>4</sup> sit, quae interrogetur.

Omnibus in hac re addubitantibus<sup>5</sup> Carolo oculi alligantur et Paulus longius discedens<sup>6</sup> ab amicis res diversissimas petit, quarum quamque oculis alligatis Carolus nomine vel numero appellat.

Inter Carolum Paulumque convenit<sup>7</sup> de interrogandi ratione. Paulus enim ita alloquitur Carolum: «Oro te, Carole, dic mihi, cuius caput tangam nunc?» — «Othonis nostri.» — «Nunc dicas nobis, quot numeros manu teneam.» — «Novem.» — «Dicas nobis, quot nummos habeam nunc.» — «Duo.»

Maxime observandum<sup>8</sup> est, ut amici partes<sup>9</sup> suas diligentissime perdiscant.

Ultimam notam<sup>10</sup> multiplicationis<sup>11</sup> indicare.<sup>12</sup>

Arithmeticus<sup>13</sup> numerum quemlibet clam<sup>14</sup> per 9 multiplicari, tum singulos numeros summae, quae ex multiplicatione efficiatur,<sup>15</sup> addi<sup>16</sup> iubet. Velut :  $6783 \times 9 = 61047$ ;  $6 + 1 + 0 + 4 + 7 = 18$ .

Arithmeticus non auditā ultimā notā multiplicationis, recte indicabit eam 7 esse, quia numeri per 9 multiplicati, tum singuli additi, per 9 dividi poterunt. Itaque  $6 + 1 + 0 + 4 = 11$ , cui summae, ut per 9 dividi possit, 7 addenda sunt.

*N. Ravasz.*

### Arithmeticus doctus.

Circulus amicorum adest. Multos iam ludos ludebant. Denique prodit Carolus, qui miracula arithmeti corum demonstrat. Arithmeticus noster scidulas<sup>17</sup> albas distribuit inter praesentes. In his scidulis quinas series numerorum<sup>18</sup> adscribi iubet. Quod ubi factum est, arithmeticus scidulas colligit,<sup>19</sup> quarum unam cuidam praesentium tradit, quem seriem numerorum consummare<sup>20</sup> summamque repertam<sup>21</sup> indicare iubet. Summā indicatā arithmeticus: «Inspice, sodes illam arcam<sup>22</sup> (vel rem quamcunque aliam dicit), ubi hanc summam rite<sup>23</sup> descriptam, in conglutinato involucro<sup>24</sup> invenies». Arca inspicitur, res comprobatur.<sup>25</sup>

Omnes concupiscunt<sup>26</sup> miraculi solutionem cognoscere. Simplicissimum quidem est. Artifex noster, priusquam in publicum prodiret,<sup>27</sup> duas scidulas iisdem numeris scripsit. Alteram in arca (vel alibi) occulit,<sup>28</sup> alteram manu tenuit. Hanc ceteris furtim<sup>29</sup> immiscuit<sup>30</sup> et huius summam indicari iussit. Eadem nimirum<sup>31</sup> erit, quam in scidula altera inscripserat.

<sup>1</sup> kitalálás <sup>2</sup> jós <sup>3</sup> beköt <sup>4</sup> megnevez <sup>5</sup> kételkedik  
<sup>6</sup> távozik <sup>7</sup> megegyezés történt <sup>8</sup> figyel <sup>9</sup> szerep  
<sup>10</sup> számjegy <sup>11</sup> sokszorozás <sup>12</sup> megmond <sup>13</sup> számoló-  
művész <sup>14</sup> titkon <sup>15</sup> eredményez <sup>16</sup> összead  
<sup>17</sup> cédula <sup>18</sup> öt-öt számsor <sup>19</sup> összegyűjt <sup>20</sup> összead  
<sup>21</sup> végösszeg <sup>22</sup> szekrény <sup>23</sup> rendesen <sup>24</sup> leragasztott  
boríték <sup>25</sup> valónak bizonyul <sup>26</sup> vágyik <sup>27</sup> föllép  
<sup>28</sup> elrejt <sup>29</sup> lopva <sup>30</sup> belékever <sup>31</sup> természetesen.



**Gymnasium** Félegyháziense mense superiore solemniter celebravit festum saeculare<sup>1</sup> simul consecratum est vexillum<sup>2</sup> novum scholae, quo vidua Iosephi Kalmár discipulos donaverat. Omnium ordinum illustribus viris praesentibus caerimonia<sup>3</sup> sacra peraeta est. Tum clavi<sup>4</sup> in hastile<sup>5</sup> vexilli adacti<sup>6</sup> sunt, deinde rector gymnasii, Colomannus Porst Dr. iuvenes sermone elatissimo amoris Dei patriaeque admonuit; denique convivium opulentissimum, concentus vocum fidiumque,<sup>7</sup> saltatio<sup>8</sup> sequebatur.


*Eug. Iulesz.*

**Summus praefectus** aerarii<sup>9</sup> Hungarici rogationem laturus est<sup>10</sup> de tribus novis monopoliiis:<sup>11</sup> de bitumine liquido,<sup>12</sup> bitumine flabili<sup>13</sup> et sale calino.<sup>14</sup> His omnibus artificia necessaria<sup>15</sup> iuvantur. Nostra maxime interest<sup>16</sup> bitumen flabile, cuius prope pagum Kissármás e terra tanta vis<sup>17</sup> effluit<sup>18</sup> singulis diebus, quae centum et triginta millium equorum vires aequet.<sup>19</sup> Bitumen flabile ad calefaciendum<sup>20</sup> et illuminandum,<sup>21</sup> non minus quam ad machinas agendas<sup>22</sup> conferri<sup>23</sup> potest. Nondum constat,<sup>24</sup> utrum ad vecturas viae ferratae<sup>25</sup> in Transilvania agendas, ad Budapestinum illuminandum (quod quamquam 530 chiliometra distat a Kissármás), an ad artificia necessaria per totum regnum augenda<sup>26</sup> conferatur.

**Inter praemia** Academiae Francogallicae est unum 100.000 francorum, quod auferat is, qui commeatum<sup>27</sup> excogitaturus sit inter incolas cuiuslibet stellae errantis<sup>28</sup> — excepto<sup>29</sup> Marte — et terram. Vidua<sup>30</sup> Guzmanni hanc summam ad memoriam filii honorandam instituit simul praecepit,<sup>31</sup> ut quoad quisquam praemium auferret, quinto quoque anno usurae<sup>32</sup> huius summae viro doctissimo darentur, qui scientiam sidera cognoscendi<sup>33</sup> aucturus<sup>34</sup> esset.

**In Lusitania**<sup>35</sup> seditio<sup>36</sup> conflata est. Potestatis regiae inimici, ad quos pars copiarum transfugit, regia<sup>37</sup> potiti in locum vexilli<sup>38</sup> regii sustulerunt<sup>39</sup> vexillum propugnatorum<sup>40</sup> libertatis. Rex Manuel cum suis in navem Brasilianam confugisse dicitur. Sunt, qui affirmant reges<sup>41</sup> in Britanniam profecturos, ubi motus<sup>42</sup> finem expectaturi sint. Rerum novarum molitores,<sup>43</sup> qui summam obtinent potestatem, victoriā se usuros neque tamen reges laesuros esse affirmant.

**Statua** nostri poetae laureati,<sup>44</sup> I. Arany in urbe natali, Nagyszalonta viris clarissimis generosissimisque praesentibus revelata<sup>45</sup> est. Unus omnium poeta- rum nostrorum clarissimus mira carmina epica et epicolyrica<sup>46</sup> scripsit. Altera statua poetae iam multis annis ante Budapestini revelabatur.



**Adolphus** e nobili familia de Laky aurifex<sup>47</sup> fuit Budapestini, qui nuper defunctus, sacris, beneficis ac doctis societatibus (aedi sacrae aedificandae, Academiae litterarum, orphanotropheis,<sup>48</sup> scholis) testamento ad vicies quinques centena millia<sup>49</sup> legavit.<sup>50</sup> Qui virum quietum noverant, non ignorabant eum largum<sup>51</sup> esse; sed paucis erat notum, quantum liberalitatis ac benignitatis intra eum sederet.<sup>52</sup>

1 százados évforduló 2 zászló 3 szertartás 4 szög  
5 rúd 6 bever 7 hangverseny 8 táncmulatság 9 pénzügyminiszter 10 törvényjavaslatot nyújt be 11 egyed-  
árúság 12 kőolaj 13 földgáz 14 kálisó 15 iparág  
16 érdekel 17 tömeg 18 kiárad 19 fölér valami-  
vel 20 füt 21 világít 22 hajt 23 fölhasznál  
24 bizonyos 25 vasuti vonatok 26 támogat 27 érintke-  
zés 28 bolygó 29 kivéve 30 özvegy 31 elrendel 32 kamat  
33 csillagászat 34 előbbre visz 35 Portugália 36 forradalom  
37 királyi palota 38 lobogó 39 kítüz  
40 szabadságharcos 41 királyi család 42 mozgalom  
43 forradalmár 44 koszorús 45 leleplez 46 ballada  
47 aranyműves 48 árvaház 49 2,500.000 50 hagyományoz  
51 bőkezű 52 benne lakozik

## Robinson. XII.

Latine scripsit Stephanus Probus Dr. Solnensis.

**Feri discedunt. Quintus ignem accendit, discit cum Robinsone loqui, imbuatur<sup>1</sup> religione Christiana. Ambo vitam degunt<sup>2</sup> beatam.**

Robinson cum barbaro servato in arcem suam reversus optimum<sup>3</sup> iudicavit confestim<sup>4</sup> cuncta ad defensionem<sup>5</sup> necessaria providere.<sup>6</sup>

Anthrophagos tandem avectos rati<sup>7</sup> ponunt arma, cibisque forte inventis corpora lassa reficiunt.<sup>8</sup> Tum ferus arcem servatoris sui contemplatus<sup>9</sup> benignitatemque eius miratus barbarā voce «cacica» iterum ac saepius emissā ad pedes Robinsonis se prosternit<sup>10</sup> significans<sup>11</sup> se obediētem subditum<sup>12</sup> fore atque penes<sup>13</sup> cacicam i. e. regem suum ius vitae necisque esse.

Robinson his grati animi signis delectatus dextram porrexit<sup>14</sup> clienti<sup>15</sup> suo, pignus<sup>16</sup> amicitiae. Quae cum omnia die hebdomadis<sup>17</sup> quinto contigissent,<sup>18</sup> amicum suum Quintum appellavit.

Socium nactus, tam felicem se existimabat eremita<sup>19</sup> noster, ut praeter ignem nihil amplius<sup>20</sup> in praesens sibi desiderarit. Itaque postero die unā cum Quinto exiit ad locum, ubi homines feri epulas immanes<sup>21</sup> celebraverant, ibique perscrutari<sup>22</sup> et fodere coepit, si forte scintillam<sup>23</sup> reperiret, ex quā ignem sibi suscitaret.<sup>24</sup>



Quod cum Quintus animadvertisset, arreptā securi lapideā in silvam aufugit Robinsonique obstupescenti<sup>25</sup> vix dimidiā horā elapsā<sup>26</sup> lignum ardens attulit. Homines enim feri ligna terendo<sup>27</sup> accendere solent. Extemplo<sup>28</sup> domum se inde contulerunt, ubi Robinson haedo<sup>29</sup> caeso epulas lautas<sup>30</sup> instruxit.

Ceterum ex hoc tempore utrique viribus unitis incumbabant<sup>31</sup> laboribus: arcem muniebant, hortum agrosque colebant, herbam<sup>32</sup> secabant, fructus colligebant, retia piscatoria<sup>33</sup> aliaque instrumenta necessaria conficiebant. Robinson inter opus faciendum magistri boni exemplum secutus, diversissimas res ante oculos discipuli ponebat nominaque earum pronuncia- bat,<sup>34</sup> etiam vultu gestuque<sup>35</sup> naturam rerum explanabat.<sup>36</sup>

Hac docendi ratione<sup>37</sup> tantos progressus discipulus sollers<sup>38</sup> faciebat, ut anno vix elapso<sup>39</sup>

participes<sup>39</sup> cogitationum alter alterius fierent. Tunc Robinson vanas<sup>40</sup> de Tupane, ferorum deo superstitiones<sup>40</sup> radicitus<sup>41</sup> evellere<sup>42</sup> et veram Dei notionem<sup>43</sup> religionemque Christianam animo socii adamati inculcare<sup>44</sup> aggreditur. Edocet eum: Deum esse invisibilem, omnipotentem, aeternum, patrem omnium communem, qui ubique adsit, cuncta etiam in tenebris latebrisque<sup>45</sup> videat, qui delectetur bono honestoque, qui puniat scelera, cui post mortem quisque rationem vitae reddere<sup>46</sup> cogatur.

Itaque Quintus depositis moribus immanibus<sup>21</sup> magistrum servatoremque suum observare, imitari, praeceptis eius semper obtemperare.

Contra<sup>47</sup> Robinson admirari non desiit<sup>48</sup> discipuli sui docilitatem, attentum ad omnia animum, sollertiam ac dexteritatem.<sup>49</sup> Sic admiratione digna erat dexteritas hominis in filis<sup>50</sup> ducendis, retibus nectendis<sup>51</sup> aliisque instrumentis conficiendis. Scapha quoque, cui excavandae<sup>52</sup> Robinson plures iam annos nequicquam<sup>53</sup> impenderat,<sup>54</sup> Quinto auctore<sup>55</sup> per nonnullas hebdomadas prunā<sup>56</sup> admotā confecta est. Iter enim suscipere parabant in continentem<sup>57</sup> Americae, ubi Europaeos convenirent,<sup>58</sup> aut saltem in insulam proximam, unde patrem Quinti secum surriperent.<sup>59</sup>

1 megtölt 2 él 3 t. i. fore 4 azonnal 5 védelem 6 gondoskodik valamiről, elkészít 7 vélve 8 fölfrissít 9 megszemlél 10 leborul 11 jelez 12 alattvaló 13 előtte, «az ő kezében» 14 porrigít nyujt 15 védenc 16 zálog 17 a hét 18 történi 19 remete 20 egyéb 21 istentelen 22 kutat 23 szikra 24 éleszt 25 elbámul 26 elabítur elmulik 27 terít dörzsöl 28 legott 29 gida 30 fényes 31 nekifekszik 32 fű 33 halászhaló 34 kiejt 35 mozdulat 36 megmagyaráz 37 módszer 38 tehetséges 39 részes 40 üres babonák 41 gyökerestül 42 kitép 43 ismeret 44 beléver 45 rejtkehely 46 számot ad 47 ellenben 48 desinit megszűnik 49 ügyesség 50 fonal 51 hálót köt 52 kiváj 53 hiába 54 rászán 55 közreműködésével 56 parázs 57 szárazföld 58 találkozik 59 ragad.



**Filiolus primo venit domum e schola. Mater rogat eum: «Mi fili, quo modo placet tibi magister?»**

— «Homo indoctus esse videtur. Omnia, quae scire vult, e nobis sciscitatur».<sup>1</sup>

<sup>1</sup> tudakol



**Magister.** Quid de Christophoro Columbo audivisti, Paule?

*Paulus.* Chri... Chri... Christophorus Columbus repperit<sup>2</sup>... ovum. *I. Gibás.*

**Princeps**<sup>3</sup> urbem visitavit, qua occasione a consule<sup>4</sup> salutatus est. Hoc perorante<sup>5</sup> forte praeterducebatur asinus, qui alta voce clamare coepit, ita ut consul orationem interrumpere<sup>6</sup> cogeretur. «Obturate<sup>7</sup> os asini» — dixit princeps. «Me dicis,<sup>8</sup> serenissime princeps?» — interrogat consul. — «Non, illum alterum» — respondet ille. *Ios. Arth.*

**Maiores** suos iactabat<sup>9</sup> homo nequam,<sup>10</sup> cui aliquis dixit: «Similis es solani tuberosi,<sup>11</sup> cuius pars melior in terra est». *St. Trájer.*

**Delectus** militum<sup>12</sup> adventabat. Apparet ante viros militibus scribendis<sup>13</sup> rusticus<sup>14</sup> adulescens quoque, ut nomen det.<sup>15</sup>

— Quot fratres habes?

— Eos quoque indicem, qui in coemeterio<sup>16</sup> sunt?

— Eos tibi remittimus.<sup>17</sup>

— Deo gratias, respondit ille. Igitur unum solum habeo. (Ceteri enim bene mane<sup>18</sup> in coemeterium iverunt.) *St. Trájer.*

**Pater.** Dic mihi, mi fili, quid tibi utilius videtur: sol an luna?

*Filius.* Luna. Quae tunc lucet, cum tenebrae<sup>19</sup> sunt; sol autem, cum alioquin<sup>20</sup> coelum lucidum est. *A. Bluh.*

**Puer** quidam crustula<sup>21</sup> comedens repente sine ulla causa effusissime flere coepit.

— Quid accidit? cur fles?

— Ohe,<sup>22</sup> non possum plus edere.

— Haec non est calamitas maxima. Sed ne fleas, imple tibi sacculos<sup>23</sup> crustulis, quae comedere nequis!

— Ohe, ohe, non possum.

— Cur non potes, mi fili? Nemo hoc vetat.

— Etiam sacculi iam referti sunt, ohe, ohe. *F. Boskó.*

**Christophoro Columbo**, qui primus orbem terrarum<sup>24</sup> circumnavigavit, quidam super coenam<sup>25</sup> dixit: «Non magnum mihi id factum videtur, et alii potuissent id praestare,<sup>26</sup> si rebus necessariis instructi<sup>27</sup> fuissent». Tum Columbusprehendit<sup>28</sup> ovum e patina,<sup>29</sup> rogatque, num quis sine ullo fulcimento<sup>30</sup> erectum statuere<sup>31</sup> possit.

Negantibus reliquis Columbus alliso<sup>32</sup> ad mensam ovi acumine,<sup>33</sup> ut modice<sup>34</sup> frangeretur, ovum in mensa erectum statuit.

Ridentibus convivis Columbus «Nemo vestrum — inquit — est, qui hanc artem nesciat, cum ego docuerim. Et multi post me oceanum traicient, numquam tamen id facturi essent, nisi ego praecessissem». <sup>35</sup> Ita facilius est inventa imitari,<sup>36</sup> quam invenire, quod alii imitentur. *L. Vargha.*

2 felfedez 3 uralkodó 4 polgármester 5 szónokol  
6 megszakit 7 befog 8 ért 9 hánytorgat 10 haszontalan 11 solanum t. burgonya 12 sorozás 13 sorozóbizottság 14 paraszt 15 sor alá áll 16 temető 17 elenged 18 kora reggel 19 sötétség 20 különben is 21 crustulum sütemény 22 jaj 23 zseb 24 földkeresség 25 ebéd közben 26 megselekszik 27 felszerel 28 megfog 29 tál 30 támaszték 31 erectum statuit felállít 32 odaüt 33 hegy 34 kissé 35 megelőz 36 utánoz.

## Magister et discipulus.




**Euathylus**, adulescens divitissimus a Protagora, illius temporis viro doctissimo iuris prudentiam<sup>1</sup> didicisti ea lege,<sup>2</sup> ut dimidium<sup>3</sup> pretii doctrinae<sup>4</sup> statim, dimidium autem solveretur, cum Euathylus litem<sup>5</sup> primam obtinuerit.<sup>6</sup> Studiis finitis Euathylus gravabatur<sup>7</sup> operam forensis<sup>8</sup> capessere<sup>9</sup> dimidiumque pretii, quod debebat, solvere.

Magister discipulum in ius<sup>10</sup> vocavit, ubi haec verba fecit: «Solvere debes, quod posco,<sup>11</sup> sive pro te, sive pro me pronuntiabitur.<sup>12</sup> Si contra te pronuntiabitur, solvere debes ex decreto<sup>13</sup> iudicis; sin<sup>14</sup> pro te decernetur,<sup>15</sup> solvere debes ex pactione<sup>16</sup> nostra, quia primā causā<sup>5</sup> vicisti».

Cui Euathylus respondit: «Nullo pacto<sup>17</sup> debeo solvere, doctissime magister, sive pro me, sive pro te pronuntiabitur. Si iudices pro me decreverint,<sup>15</sup> non solvam ex decreto iudicum; sin contra me, non debebo solvere ex pactione nostra, quia litem perdidero.»

*Paulus Fest.*

1 jogtudomány 2 azzal a feltétellel 3 fele 4 tandíj 5 pör 6 megnyer 7 ún 8 ügyvédi működés 9 megkezd 10 törvény elé 11 követel 12 az ítélet szól 13 ítélet 14 ha pedig 15 íté 16 szerződés 17 semmiképen.



I.

«Quot columbas habes?» interrogat vicinum Franciscus. — «Minorem numerum habeo ducentis. Si binae avolant, in columbario<sup>1</sup> una remanet; si trinae, remanent duo; si quaternae, remanent tres; si quinae, remanent quattuor; si senae, remanent quinque; si septenae, columbarium vacuum<sup>2</sup> est.»


R. Enyedy.

II.

Dividatur numerus 10 in duas partes ita, ut maiore per minorem divisā, colligantur<sup>3</sup> 20.

P. Schuller

III.



Videmus formam praedii.<sup>4</sup> A, B, C sunt casae, I, II., III. sunt putei.<sup>5</sup> Incolae casae A usurpant<sup>6</sup> aquam putei I, B usurpant

aquam putei II, C usurpant aquam putei III. Incolis neque vias diversas secare<sup>7</sup> neque praedium circumire licet. Quomodo quisque ad puteum suum pervenit?


L. Verebélyi.

IV.

20. 34. 60 stella stata<sup>8</sup>  
 26. 22. 25. 13. 29. membrum corporis  
 27. 30. 53. 33. 44. 9. anus fabularis<sup>9</sup>  
 54. 46. 54. 59. avis nocturna  
 49. 50. 10. 55. 54. 65. 42. 18. 32. 19. mentientium mos  
 14. 24. 7. 14. 47. 58. rex Persarum  
 21. 34. 12. 57. urbs Campaniae  
 3. 4. 5. 36. 30. 41. potio<sup>10</sup> deorum  
 15. 16. 5. 64. 40. genus armorum  
 1. 16. 23. 37. 51. 61. 31. dicitur etiam pro fruticeto<sup>11</sup>  
 11. 52. 43. 28. 62. genus armorum  
 38. 6. 17. apibus fabricatur  
 45. 46. 48. nomen furantis<sup>12</sup>  
 56. 61. 39. 61. 35. animal ferox  
 1—66. sententia.

Ella Storck.

V.




<sup>1</sup> galambduc <sup>2</sup> üres <sup>3</sup> eredményez <sup>4</sup> birtok <sup>5</sup> kút  
<sup>6</sup> használ <sup>7</sup> keresztez <sup>8</sup> állócsillag <sup>9</sup> mescbeli öregasszony <sup>10</sup> ital <sup>11</sup> cserjés <sup>12</sup> furatur = lop.


## Solutiones aenigmatum numeri 2.

I. Pueri 7, viri 14, feminae 42. II. f, u, r, furfur.  
 III. Sodales 7 erant. IV. Barbara comma meum duo puncta mirabile punctum.

V.




VII.



VI. 36 nummos habeo.

VIII. Senex, iuvenis. IX. Vana sine viribus ira. X. Servus 146 diebus laboravit, 219 diebus otiabatur.

Aenigmata recte dissolverunt: D. Alexander, I. Berinke, P. Csaplovics, I. Gibás, C. Grittner, L. Heidn, B. Jurás, N. Ködy, E. Lassú, L. Lauschmann, A. Lukács, F. Lukács, Eug. Maros, I. Medák, R. Pórács, C. Román, N. Todoru, Georgina Wolf, G. Bauszner (tarde!), I. Szendefi, A. Gusielle. — Praemium Ladislao Lauschmann (Alba Regalis) sorte obtigit.



E. Schullheisz. Paulo difficiliora sunt. — I. Gál. Tempore partem edemus. — P. L. Recte edoctus es. IUVENTUS notis Germanicis quoque editur. Si cum quodam adolescente Germanico commercium litterarum Latinarum optes, certiore me facias velim. — R. Ferenczy. Quod tu optas, fieri nequit. De reliquis proxime. — Georgina W. In nominibus quae Graeca lingua ducuntur, pro littera f adhibenda est ph. Ergo: Stephanus. — Gusielle. Pars in usum nostrum confertur. — Csapodi. Lepidissima animalia misisti. Gratias!

Sumptibus moderatorum ephemeridis: Magyar Középiskola.